Cardinalitia Quaestio agitanda In Scholis Medicorum die 13ª martii.

M. Nicolao Le Grand Moderatore.

An ut caeterae febres ita et Pestilentes methodo curentur?

Triplicem Cordis sedem Calor praeter naturam occupans diarias febres interdum non semper alterantibus accedentes, putridas citra evacuationem nonnunquam curatu faciles, hecticas cunctis mitiores excitat; quibus frigida per se & humida victus ratio eodem nomine quo & medicamenta calida ex usu est, servata semper indicatione communi.

Unde non minus ex usu sunt frictio, unctio, balneum, sed quae potius communicant, tum diariis, tum hecticis, quemadmodum purgatio putridis, aut interdum (sed raro admodum) venae sectio, quibus semper servatis alimento, quod tum exhibendum est ubi accessione fatigata non est, vel ejusdem exacerbatione, revocata ~~natura~~, alimentum autem pro conditione febris exhiberi debet humidius tertianis, quam quotidianis.

Pestilentiae semina per Pulmones cum spiritu exhausta, ubi Cor invaserunt humores tandem reliquumque Corpus inficiunt: arteriarum pulsus imbecillior, frequentior sentitur, praecipiturque febris, nec ardore mordax ut Causus, nec torrens ut Hectica, nec urinis Conspicua, neque radicales aut judiciis Criticos dies sequens: sed intercidentes potius, hujus labes si vehemens Carbunculum & bubonem excitat, si mitior Contra.

Hujus ut occulta est Causa, ita & occultum auxilium, ut totius substantiae morbus est, ita tota substantia agentibus profligari debet, voluti terrâ sigillatâ, bolo armeniâ, & urinâ humanâ, neque purgantibus unquam uti potest, minusque venae sectione, quam nonnulli magno malo admittunt.

Ex aere sordido si frequentem cibum non statis horis offerat qui sit acetosus, acidus, aut stypticus, ut mala Citria, oxalis putridis potius pestilentibus Convenit, Non negligere quoque aromaticis tum Calidis tum frigidis Cordis regionem fovere munire, ut santalis, Croco, aqua rosarum, si vires imbecillae sunt, odoribus, suffitibus resinosis, quae & vim habeant veneno Contrariam.

Sunt Igitur Pestilentes febres ut caeterae methodo curandae.

Defendebat Lutetiae M. Joannes Noblet Rhemensis. M.D.XLVIII.

F.M.P. BIBLIOTHÈQUE